Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dimitte illi. Tale quid & in deuteronomio legimus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo sed publice argue eum. ne habeas super illo peccatum. Quo igitur ordine scandala de eliminare & ne perpetuum ulcere possimus insinuat. si nos uidelicet ipsos neque lædimus ad uenimus. si peccantem zelo iustitiæ corripimus. si ex corde pen tentem misericordiæ pietatisque uiscera pandimus. Ubi cauendum est quia non passim peccantem dimittere sed penitentiam agentem dimittere iubemur. & primo quidem peccantem nuscitater increpare. ut sit eum post modum habeamus iuste dimittere. Qui igitur fratrem uidens peccare tacuerit. non minus diuinæ præcepti transgressor est. quia is qui eidem penitentiam ueniam dare noluerit. quia qui dicit. si pentituerit dimitte. primum si peccauerit increpa. itaque uenia fratri post increpatio nem largienda est. Sed illi utique quise penitendo aberrore conuertit. ne uel difficilis uenia uel remissa sit indulgentia. Et si septies in die peccauerit inquit & si septies in die conuersus fuerit ad te dicens pentet me. dimitte illi. Sep tenario numero nonuenque dandæ terminus ponitur. si uel omnia peccata dimittenda uel semper pententia dimittendi præcipitur. Solet enim sepe septies cuiuscumque rei aut temporis uniuersitas indicari. Unde quid in psalmo cantat. septies in die laudem dixi tibi. nihil est aliud quam semper laus eius in ore meo.

Nam & alibi petro interroganti quotiies peccanti fratri dimittere in die quotiies illi peccare non posset. Peccanti igitur inquit fratri si pententiam egerit dimittendi habes potestatem immo necessitatem. ut ubi pententia ac uenia flagitanti pater qui est in cælis ignoscat. At si increpatus conuertere & pententiam agere neglexerit. quid super hoc uertatis sententia deceat inuenire. Si peccauerit inquit frater tuus uade & corripe eum & cetera usque quo ait. Si autem & ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et merito. quia subnomine fidelis egit opa infidelium. Alter sane uenam fratri pententi. alter inimico persequenti dare præcipimur. huic uidelicet ut accepta peccati satisfactione qui nos insomnes nocuit socia nobis caritate communiuit. illi uero ut cum nobis malum uult & quid potest facit nos ei semper bonum uelimus & faciamus quid possumus.

Nec igitur cum dauid eundem modum uenæque persecutoribus pententiæ remedio puatus quamuis misericorder eos lugens pistare potuit. quem fratribus salubri compunctione castigans ioseph benuole cognoscendus exhibuit. . lxvii.

Et dixerunt apli dno. adauge nobis fidem. Dixerat supra dns. qui fidelis est in minimo & in maiore fidelis est. & si in alieno fideles nonstitistis quid urim est quis dabit uobis. & ideo apli qui in alieno ac minimo hoc est in terrenis con tempti iam fuere fideles in suo sibi ac maiore fide postulant augeri. Nemo enim repente fit summus. sed in bona conuersatione a minimus quisque incho at ut ad magna proficiat. Alia namque sunt initiatis exordia aliud pro fectus. aliud perfectio. quam magnopere querentes aiunt dno. adauge nobis fidem.

dimittat an usque septies. respondit dns. Non dico tibi usque septies sed usque septuagies septies id est quadringentis. xc. uicibus ut toci ens fratri peccanti